

Rome, 20 avril 1621. Bellarmin à l'évêque élu de Bruges; réponse.

2398

/ Admodum Illustris, et Reverendissime Domine. Cognoveram ex amicis communibus, te ad regendam ecclesiam Brugensem esse vocandum. Nunc vero ex litteris tuis accipio, jam esse vocatum. Hanc novam dignitatem, quamvis molestam, et laboriosam tibi gratulor, et Deo pro
 5 ipsa in te collata gratias ago: si enim te bene novi, non eris ex illis, qui in episcopatu magni faciunt opes, et honores, negligunt autem curam animarum, et studium orandi, et concionandi, de quo sanctus Petrus ait: Nos orationi, et verbo Dei instantes erimus. Quod vero attinet ad Annatam, et jura, quae debentur Sedi Apostolicae et Sa-
 10 cro Collegio, nescio quid efficere potero: non enim Pontifex solus ista condonare solet, sed habent in hac re locum aliquem Cardinales tres, primus Episcopus, primus Presbyter, et primus Diaconus. Cum his libenter colloquar, et persuadere conabor, ut debitum pecuniarum vel tollant, vel minuant. His Amplitudo tua bene valeat, et pro me Deum
 15 orare non intermittat. Romae die 20 Aprilis 1621.

Admodum ill/ris et R/mae Amplitudini tuae

Ad obsequium omne paratus.

cf 2333

Arch.Vat.Gesuiti 18 fol.28. brouillon autogr.

Epist.famil. CLXXVIII.

ep. electus Brug: Dionys. Chislofoni